



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Capellanus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

47 Diaconus, & Subdiaconus, accipiunt pacem ab Episcopo celebrate, post Diaconos assidentes. *ead. 15. Mart. 1608.*

Canonicorum Aedes.

- 1 **H**abitent ibi Canonici. Prou. 1.
- 2 **Q**ui foris pernoctauerit, mulctetur distributiones vnus diei. Prouinc. 3.
- 3 De nocte post primam horam sine iusta causa non exeant, & eo casu cum lumine. Prou. 1.
- 4 Si atrium claudi possit, vna clauē concludatur ab eo seruanda, quem Episcopus elegerit. Prou. 4.
- 5 Quando aperienda porta, & claudenda, itatuat Episcopus. *ibid.*
- 6 Ne locentur exteris sine licentia Episcopi. *ibid.*
- 7 Canonicorum Aedes laicis locantes cogendi sunt locare, iusta mercede, Canonici residentibus, ita vt hi præferantur alijs, cessantque omnia priuilegia inquilinatus. Decisum refert Nald. *V. canonicus num. 18.*
- 8 Reparentur fructibus præbendarum. Prou. 1.

Canonici Regulares.

- 1 **I**n actibus publicis, & priuatis sufficit, vt dimissa tantum superiori veste nigra, remaneant in rochetto absque alio superpelliceo, si concurrant cum Cassinensibus Congreg. Episc. 1. Septemb. 1603. * Decreto impresso, & hoc illis conceditur coram Episcopo in Congregationibus.
- 2 In processionibus publicis vt possunt Rocchetto, & superpelliceo. Congreg. Rituum 28. Agust. 1628.
- 3 Non admittuntur ad concursum, neque ad curam Parochialem sine dispensatione Sedis Apostol. Congreg. Episc. 1. Sept. 1603. *V. Fidei Professio. num. 5. Index Synodalis. numero 6.*

Capellanus.

1 **S**emel examinatus, & approbatus, quo ad scientiam ab Ordinario, nulli examini deinde de scientia subijci de-

bet. Cong. Episcop. 7. Iulij 1615.

- 2 Capellani Regij subduntur Episcopis; tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis. Trident. sess. 24. cap. 11. *V. Filij Clericorum illegitimi. num. 9. 17. 19. Hora Canonice. num. 3. Missa num. 5. 6. 7. 8. & ibi multa. Monialium Cura spiritualis. à num. 32. ad 37.*

Capitulum.

- 1 **E**piscopus potest conuocare Capitulum, & vota exquirere, & concludere, non Vicarius. Trid. sess. 25. cap. 6.
- 2 Et ad libitum, dummodo non proponat de re ad commodum suum, vel suorum spectante. Decisum refert Barbof. *alleg. 73. num. 16.*
- 3 Non in ijs casibus potest, in quibus non potest esse iudex. *ibid.* Decisum refertur *num. 18.*
- 4 Neq; potest cogere illud in Palatio suo, si fieri solet in Sacristia. Congr. Episc. 1. Februarij 1583. & decisum refert à Congregat. Conc. Trid. Zerol. *par. 2. V. Capitulum 2.*
- 5 Idem facere potest Vicarius ex causa. Cong. Episc. 16. Maij 1600.
- 6 Maior item Capituli conuocare potest, quandocumque sibi videbitur expedire pro seruitio Ecclesiæ, diebus tamen solis, & ad hoc destinatis; neque debet omittere, quando per Canonicos instatur, vt conuocetur Congreg. eadem 6. Octob. 1617.
- 7 Neque potest maior de Capitulo impedire libertatem Capitulo faciendi Decreta, nisi quantum valet pro vnico suo voto. *Ead. 15. Martij 1615.*
- 8 Neque tempore Horarum Canoniarum, potest cogi Capitulum, maxime ad exigendam rationem administrationis à Canonicis. Congreg. Conc. 1. Februarij 1593.
- 9 Nisi adsit euidentis necessitas, non fiat tempore diuinorum officiorum, sub pena, quod priuentur distributione Horarum, seu Horarum, à quibus aberunt. Prou. 1.
- 10 Neque diebus festis conuocetur, nisi probabilis causa intercedat. *ibid.*
- 11 Episcopus non habet vocem in Capitulo. Decisum refert Barbof. *loc. cit. nu. 17.*
- 12 Nisi sit Canonicus, & tunc sedebit post